WENCESLAUS BRACK
Konstanz, 1492-1494 Seite 154r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



de comatis kasis / de ere in se puro / intellexit halyabas
Quare hec pauca / de insuavibus aquis sufficiunt
Caput finis quarti tractatus sequitur
nunc quintus tractatus / duobus capitulis
complexus

Tractatus quintus et ultimus

primo // In cuius capite // agitur / de aquarum insuavium / malicia corrigenda

Johannicius inquit / et est apud kasim xxiiii°
continentis / decoctionem / aque maliciam cor-
rigere / post quam coletur / in vase fictili /
ubi antequam infrigidatur / totum quod
in ea permixtum et grossum fuerit descendet / Eadem
est mens galieni in libro de aqua Et avicenna
secunda primi / Cum ostendit decoctionem rectificare aque
maliciam / probat prudentum testimonio / In aqua
cocta / minorem esse inflacionem / et velocioris descensum
Stolidi quidam medicorum inquit / extimati sunt
in aqua cocta / nullum esse iuvamentum / Nam
credunt in decoctione / subtile resolvi / remanente
grosso / Quod palam falsum convincitur / Quoniam aqua
non inspissatur / nisi aut frigoris qualitas supra
eam prevaluit / Aut propterea / quod in ea terrestrium
fortis commixtio sit parcium / que ob hoc quod sunt
paruissime / ab ea non possunt separari / Quod
utrumque decoctio / frigus puta auferendo / et aquam

aqua cocta